ARGUMENTUM JURIDICUM DE CEPHALETIONE,

Quod
Favente DEO Trinuno,
PRÆSIDE
DN. JOH. TESMARO,
Anteceſſore in Alma Cattorum,
In Auditorio ICtorum ad diem Jun.
Eruditorum diſſertationi
ſubjicier
CONRAD. LAMBERT. SINNEMANN,
Lippiâ-Weſtphalus.
AUTOR & RESPONDENS.

MARBURGI CATTORUM,
Typis Johannis Henrici [illegible]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I. N. J.

PRÆFAMEN.

LAtentis & reconditi ſubſidii nervum, ſolers non rarò & ingenioſa producit neceſſitas. Ne enim nutantium rerum ſtatus diſcriminis aſperitati objiciatur, aut penetrabilis exitii clades optatiſſimum quietis ac incolumitatis publicæ bonum conturbet, univerſæ naturæ moderatrix, & prompta multiplicium medelarum occaſio, neceſſitas, adminicula ſoſpitaliá reducto quaſi ſpiritu ſuggerere ſolet. Curarum ſanè tum creſcit ſollicitudo, quando ancipites ſunt rerum articuli, & miram atque viciſſitudinariam faciem obvertunt perplexitates. *Vt enim in periculis virtutem impigram eſſe convenit & audacem, ita cùm res poſtulat, regibilem & conſultã*, Ammian.

Marcell. *lib.16. hiſtor.* *Et in omnibus humanis rebus, ac bellicis præſertim, conſilia ſæpe ex neceſſitate capienda ſunt,* Guicciard. *lib.2. hiſtor.* Quò magis ergò in tuto ſit reſpublica, levabili rerum præſidio, tributario nempe apparatu, apprimè ſuffulta & communita eſſe debet. Neque verò id functionis genus, quod patrimoniale eſt, & ſubditorum bonis exclusâ præſcriptione indicitur *l. competit. 6. C. de præſcr. 30. l. 40. ann.* contentionis aleam ſubit, multis quippe abhinc ſeculis receptum, & juſta ratione ſubnixum. *Hoc & ratio ſuadet*, inquit Loccen. *de Republ. apum. cap. 7. & uſus poſtulat, & neceſſitas jubet, ut qui ſub umbra pacis ac publicæ quietis tutela degere cupiunt, etiam defenſionis ac tranquillitatis publicæ ſubſidia pro debita portione conferant.* Unde ne bonis cenſui obnoxiis, eorumque juriſdictione ac emolumento privetur Civitas, ſtatutum fieri poſſe, ne clerici aliæve perſonæ exemptæ talia conquirant, tradit Gail. *lib. 2. Obſ. 32. n. 8.* Non minus tamen & huic collectæ, quæ ſingulis civium perſonis ſive capitibus imponitur, obſtetricantem manum porrigere videtur neceſſitas. Cum enim omnes non ſibi ſolum ac parentibus, verùm etiam patriæ naſcantur *l. ſicuti. 1. §. & generaliter. 15. de*

ventr. in poſſ. mitt. eidemque fortunas, vitam atque ſanguinem debeant, vix erit in ancipiti, ſalutis publicæ tuendæ gratiâ, & præcipuè, ſi futurorum damnorum metu ſuſpenſa ſit respublica, cenſum perſonalem juſtè imponi poſſe, cum ea, quæ publicè proſunt, ſingulorum felicitatem ſtabiliant ac procurent. Unde dubio procul factum, ut etiam Romani iſthanc functionem in legum ſuarum ſinum receperint, & variis ſubinde nominibus ac elogiis expreſſerint. Neque res tantopere difficultati ſubjecta foret, niſi Leonis Iconomachi conſtitutio, quæ hunc cenſum ſingulari cephaletionis nomine indigitat, diſertè reclamaret. Et quamvis inter ea juris membra, quæ ſimili cum cæteris robore non gaudent, eâque de cauſa à Gregorio Haloandro recenſita haud ſunt, reperiatur, operæ tamen pretium eſt, verum ac genuinum ejus intellectum inveſtigare & in apricum producere, ut argumenti hujus vis tantò magis effloreſcat, juſtoque apoteleſmate exhibeatur. Sollicitus itaque de problemate haud protrito ac umbrabili, pulpitis Themidos mancipando, commemoratum Cephaletionis articulum, nobilitate, difficultate & amplitudine valde commendabi-

 lem,

lem, ac nullius hactenus commentatione illuſtratum, delibare, & ſerie juxta cauſarum ordinem diſpoſitâ, proponere in animum induxi. Secundet conatum Jehova, ut ad unicam ejus gloriam, & publicam ſalutem cedat & dirigatur.

CAPUT PRIMUM,

De

Definitione ac Diviſione.

§. I.

Cùm autem cephaletio noſtra in præmemorati Imperatoris Leonis, dicti Iconomachi (cujus appellationis rationem innuit Abrahamus Bucholcerus *in indic. chronolog. ſub anno Chriſti 725.*) conſtitutione radicetur, ère erit, verba ejusdem referre ac præmittere: *Furore, inquit, percitus majore homo adverſus Deum pugnans, tertiæ Siculi ac Calabri populi parti tributum in ſingula hominum capita impoſuit. Patrimonia quoque templorum Romæ principibus Apoſtolis conſecratorum (quæ pecunia quotannis antiquitus pendebatur talentorum trium ſemis) in ærarium publicum conferri juſſit: & mandavit inſpici atque deſcribi infantes qui naſcebantur, ut cenſus iſte de ſingulis capitibus (cephaletionem vocant) exigi poſſet.* Derivatur autem cephaletio à græco vocabulo κεφαλὴ, quod caput ſignificat, quia iſtiusmodi tributi genus in ſingula capita ſive viritim conſtituitur & ab iis præſtatur *l. cum autem. 10. C. de Agric. & cenſit. lib. 11.*

Frantzk. *tract. de Laudem cap.16. n.27.* qua de cauſa ejusdem exactores etiam dicti ſunt cephaleotæ & capitularii, ceu *ex l.2.C.Theodoſ. de privileg. eorum, qui in ſacr. pal. milit.* notat Klock.*tract.de contribut.cap.12.n.77.* & ſolventes capite cenſi. Juſt. Lipſius *de militia Rom. lib.1. dialog. 2.* Andr. Reyher. *theatr. rom. teuton. voc. capitatio. pag. m. 860.* Caput tamen, licèt alioquin præſtantius corporis humani membrum deſignet *l. cum in diverſis. 44. princ. de relig. & ſumpt. funer.* hîc tamen ad totum hominem ſeu civem in republica viventem refertur. *vid.* Aut. *memorab. de ærario. pag.* 18.

§. 2.

QUantum ad vocabuli homonymiam, ſumitur vel latè vel ſtrictè. Latè prædicatur etiam de beſtiis, vocaturq; capitatio jugorum, denotans collationem poſſeſſionibus, pro jugorum & capitum, quibus fundi arantur & coluntur, numero, indictam *l. immunitates. 9. C. de Agric. & Cenſit. lib. 11. l. per Bithyniam. 2. C. de immunit. nem. conced. lib. 10.* Gloſs. & Brunnem. *ad d. l. 9. l. 1. C. Theod. de impon. lucrat.* Calvin. *in Lexic. verb. capitatio*, ubi & rationem appellationis eſſe putat, quod ap. Ammian. Marcell. jumenta vocarentur capita. Apertius tamen & convenientius abinde deduci videtur, quod pro ſingulis animalium capitibus impoſita fuerit *l.2.C. de immunit. nem. conc.* Tholoſ. ſyntagm. *jur. univ. lib.3.c.5.n.12.* eamque præſtationem etiam aliquando vocabulo jugationis denotari vult Perez. *ad tit. C. de capitat. civ. cenſ. exim. n.1.* Strictè & ſignatè de capitatione humana, quæ in ſingulas perſonas confertur, prædicatur in *l. munerum. 18. §. ſive autem. pen. ff. de muner. & hon. l. unic. C. de Capitat. civ. cenſ. exim. l. ne quiſ. 1. C. ne ruſtic. ad ull. obſeq. devoc. lib. 11. l. 6. C. Theod. de collat. donat.* Prateus & Calvin. *in Lex. verb. Capitatio.* Rövenſtrunck. Rechtlich Bedencken

denckengemeiner Anlage. *pag.12.* Cujus & Cæſar meminit *lib.3. de bello civil. Multa*, inquit, *generatim ad avaritiam excogitabantur, in capita ſingula ſervorum ac liberorum imponebatur tributum.* Et ita accipitur in Leonis Iconomachi *d. conſt. 2.* inter conſtitutiones Imperatorias relata, noſtroque deſervit propoſito. Unde apparet, exulare hinc capitationem prædiorum, i. e. annonariam pro menſura agrorum functionem *l. ſi minor. 9.* C. *de action. empt. & vend.* Calvin. *d. tr. & loc.* Cujac. in Papin. *lib. 3. reſponſ. pag.* 120. Colleg. Argent. *tit. de contrah. Empt. th. 62. n. 6.* quæ itidem nomine jugationis indicatur *l. immunitates. 9.* C. *de Agric. & cenſit. l. un.* C. de *Colon. Thracenſ. l. un.* C. *de ſuperind.* Frantzk. *d. tr. c. 10. n. 27.* Althus. *lib.* 1. *Dicæolog. c. 81. num. 55.* Sicut nec huc pertinet perceptio ſive vectigal, quod nonnunquam pro animalibus transeuntibus, vel minoribus importatis, veluti gallinis, præſtatur, vocaturque aliâs etiam capitatio à Baldo, teſte Marquardo *tract. de jur. mercat. lib.* 1. *c. 13. num. 30.* Nec tributum quod de ſingulis venalium quadrupedum capitibus pendebatur Calvin. *d. l. 2. & loc.* Neque denique præſtatio pabuli in capita, id eſt, jumenta adminiſtrantium conſtituta, quæ & capitatio dicitur in *rubr. & lib. un.* C. *de annon. & Capitat. adminiſtr. jung.* Gothofr. *ad cit. rubric.* & Brunnemann. *ad d. l. un. num. 2.* aliarumve rerum, quibus cephaletionis vocabulum vel minimè aptari poteſt.

§. 3.

NOn autem hæc tributi ſpecies in jure & alibi voce cephaletionis conſtanter venit, ſed variis ſubinde nominibus inſignitur: Dicitur ſiquidem Capitis illatio *l. cum ſatis. 23. prin.* C. *de agric. & cenſit.* Cenſus capitis. *l. cum antea. 10.* C. *eod.* Brunnemann. *ad l. ætatem 3. ff. de cenſib.* Capitationis cenſus *l. un.* C. *de colon. Thracenſ.* Tributaria ſors *d. l. un.*

ibique Gothofr. *lit. I.* Tributum Capitis *l. ætatem. 3. princ. ff. de Cenſib. l. in Lyſitania. 8. §. divus Veſpaſianus. 7. ff. eod.* Capitationis onus & ſarcina *l. in eccleſiis.* 11. *& l. omnes, qui. 33. §. privilegia. 7. C. de Epiſc. & Cler.* Præſtatio perſonalis Frantzk. *tr. de Laudem. c. 10. n. 27.* Collatio capitis Autor. *memor. de ærario pag. 18.* Capitale tributum Tholoſ. *ſynt. jur. univ. lib. 3. c. 5. n. 10.* Capitatio plebeja Calvin. *d. tract. & loc.* φόρ☉ τῶν σωμάτων tributum corporum ab Appiano. ἐπικεφάλαιον ab Heſychio. Capitularia functio *l. 14. C. Theod. de extraord. ſive ſord. mun.* Collecta capitis & ſtipendium Colleg. Argent. *tit. de Cenſib. th. 25.* Cujac. *ad rubric. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Gothofr. *ad l. ult. §. Divus Veſpaſianus. 7. ff. de cenſib. &* Capitale Tholoſ. *d. tr. lib. 3. c. 5. num. 10.* Vocatur etiam ſimpliciter & excellenter capitatio *l. numerum. 18. §. ſive autem. 29. ff. de muner. & hon. l. un. C. de Capitat. civ. cenſ. exim.* quam tamen variè in jure ſumi, ſequentia indigitabunt. Gallis Taille Cujac. *ad rubr. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Perez. *ibid. num. 7.* Colleg. Argent. *d. t. th. 6.* Italis Taglia, Impoſitione perſonale. Germanicè Kopff-Geld Generoſ. Dn. à Sechendorff. Teutſcher Fürſten-Staat/ *part. 3. num. 453.* Haupt-Geld/ Klock. *d. tract. c. 1. n. 294.*

§. 4.

ALiorum deſcriptionibus tanquam imperfectis prætermiſſis, cephaletionem definimus, onus perſonale & ordinarium, quod in ſingula perſonarum capita, patrimonii & acquæſtus habitâ ratione, conſtituitur, Tholoſ. *d. tr. lib. & cap. n. 10.* Perez. *ad tit. C. de annon. & trib. n. 1.* Quod perſonale ſit apparet *ex l. ult. §. qui annonam. 8. & pen. ff. de mun. & honor. l. un. C. de capitat. civ. cenſ. exim. l. ne quis. 1. C. ne ruſtican. ad ulla obſeq. devoc. l. cum antea. 10. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Capiti enim ſive perſonæ magis, quam rebus

aut facultatibus imponitur, & pro capite præſtatur. Gloſs. *ad. d. l. ult. §. pen. lit. D.* Colleg. Argent. *d. tit. th. 25.* Frantzk. *tract. de Laudem. c. 10. n. 27.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ. 159. n. 1.* & quoniã abiis etiã qui nullum habent cenſum, nullaq; prædia poſſident, exigitur. Calvin. *in Lexic. d. voc.* Klock. *de contrib. c. 2 n. 13.* accedit, quod majores 14. annis usque ad 65. annum huic oneri tantũ ſubjaceant *l. ætatem 3. princ. ff. de Cenſib.* veterani verò atq; milites ab eo eximantur *l. ult. §. pen. ff. de muner. & honor.* quæ omnia veram muneris perſonalis indolem repræſentare, firmant textus in *l. ſextum decimum. 2 §. numerus. 1. ff. Vacat & excuſ. l. majores 3. ff. de jure immun. l. reſcripto. 6. §. munera. 4. ff. de muner. & honor. l. à muneribus. 7. ff. de Vacat. & excuſat.* Unde apparet longiſſimè abeſſe à muneribus realibus, licet minus aptè in cenſum eorum referat Frideric. Huſan. *de Hominib. propr. c. 6. num. 50.* Neque applaudendum Mundio *de mun. c. 4.* ad mixta referenti, rectè eo nomine reprehenſo, à Struv. *Synt. jur. Civ. Exerc. 50. th. 65.*

§. 5.

ORdinarium eſſe munus, evincit ejus natura & indoles. Diſpoſitione enim legis ita formaliter & uniformiter eſt determinatum, ut cauſam habeat continuam & ſucceſſivam. *arg. l. omnes. 5. C. de Annon. & tribut. l. cum antea. 10. C. de Agric. & Cenſit.* ubi Gloſs. *olim, ait, quilibet homo maſculus pro capite dabat quolibet anno certum cenſum, forte byzantium; & qualibet duæ mulieres tantundem &c.* Et ad *rubric. C. de annon. & tribut. Tributum capitis eſt pro mare integer aureus, pro fœmina medius.* Carpzov. *de Lege Reg. German. cap. 8. ſect. 2. num. 27.* Tria enim requiſita muneris ordinarii ſunt, ut (1) ab Imperatore. (2) ob cauſam continuam & ſucceſſivam. & (3) uniformiter imponatur, ut rectè & ele-

40

ganter tradit Brunnemann. *ad l. omnes. 4.* C. *de annon. & tribut.* Facit, quod eccleſia, aliique privilegio muniti ab hoc onere non excuſentur *l. ult.* §. *pen. ff. de muner. & honor.* quibus tamen munera extraordinaria remiſſa eſſe conſtat *l. placet. 5. C. de SS. Eccl. l. omnis. 2.* §. *itaque. 2.* C. *de Epiſc. & cleric. l. hi, qui. 6. ff. de vacat. & excuſ. l. in honoribus. 8.* §. *qui muneris 3. eod.* Colleg. Argent. *tit. de cenſib. th. 29. n. 5.* Plat. *ad l. 1.* C. *de Indict.* Struv. *Exerc. 50. th. 74.* Corruit hinc ſententia Althuſii exiſtimantis, munus extraordinarium eſſe, neque patrimonium reſpicere *lib. 1. dicæolog. c. 81. num. 60.* quod & obſervavit Klock. *de contrib. c. 17. num. 167.* qui tamen hoc ipſum non definivit, ſed ad autores remiſit.

§. 6.

TAmetſi autem muneris hujus una videatur eſſe facies & conditio, ratione ſubjecti tamen diſpeſci poteſt in limitatum & illimitatum: Illud eſt, quod olim omnibus incolis indifferenter imponebatur, Gloſs. *ad l. cum antea. 10.* C. *de Agric. & cenſit.* Tholoſan. *d. loc.* Hoc vero quod progreſſu temporis coloni & ruſtici ſoli ſubibant, *l. ne quis. 1.* C. *ne ruſtican. ad ull. obſeq. devoc. lib. 11. l. un.* C. *de capitat. civ. cenſ. exim.* Secundum uſum modernum, non ineptè cephaletio alia dicetur Chriſtianorum, alia Judæorum, & illa rurſus vel liberorum, vel ſervorum ſive propriorum hominum, ita ut hi non ſolum facultatibus ſive bonis annumerentur & in cataſtrum referantur Weſenbec. *tract. de ſubſid. neceſſ. publ. ferend. pag. 198. & 116.* ſed & capite cenſeantur, id eſt, ſecundum perſonarum numerum quotannis quinque, viginti, trigintave aſſes, aliaque dominis ſuis penſitare debeant: Klock. *d. tract. cap. 1. n. 250. & ſeqq.* Hæc ſeu Judæorum, obtinet iisdem partim vivis, partim mortuis. Vivis, quod in ſingulorum caput, ſine ulla ætatis diſtinctione, floreni Rhe-

nani impoſitio aliquando fuerit decreta *Rec. Imp. de ann.* 1495. §. *item* es ſollen. *in princ.* quam notam ſervitutis adhuc in illis retineri tradit Weſenbec. *d. tract. pag.* 110. *& ſeq.* quando tempore coronationis Romani Regis, pro ſingulis eorum capitibus florenum, vulgo den Kronen oder Opffer-Pfenning / exſolvere cogantur; unde dicantur Ihrer Käyſerl. Maj. Cammer-Schlaven. Hodie cum jus recipiendi judæos, ſtatibus quoque Imperii competat, publicâque lege ſtabilitum ſit *A. B. tit. 9.* §. *2. O.* C. *de ann.* 1548. *tit.* Von Juden und ihrem Wucher. nil impedit, quò minus & hi capitationem ipſis rectè indicant, cum primis ut tantò magis juvetur patria, & miſeri levamen atque ſubſidium capiant Weſenbec. *dict. loc.* Mortuis, ut ſi moriatur caput, fiſco certa pecunia ſolvatur, ceu tradit Kornmann. *reſp. jur. de judæis. pag. 48.* Alias judæos rectè ſub certis conditionibus & inter Chriſtianos tolerari poſſe ſtatuimus, tametſi id neget Limnæus *jur. publ. lib. 3. c. 2. n. 19. & 42.*

CAPUT SECUNDUM,

De

Cauſa Efficiente & Finali.

§. I.

PRæmiſſâ generalium indagine, ad ſpecialium evolutionem deſcendendum eſt, & quidem in primordio ad cauſam impellentem, ſeu quæ cephaletioni introducendæ anſam atque occaſionem ſuppeditaverit. Et quemadmodum ea inter remedia eſt, quæ anhelanti, indigæ atque nonnihil oppreſſæ ſubveniunt reipublicæ, ita in obſcuro haud eſt, natales ejus ex cauſis omnium jurium communibus, puta neceſſitate atque utilitate promanare,

arg. l.9.de j.&j. favore enim publicæ utilitatis multa conceduntur, quæ alias non concederentur *l.utilitas publica.3.C. de primip.lib.12.* & neceſſitas legem laxat, quin & novam facit, illicitumque in licitum commutat *c. quod non eſt licitum.de R.I.in ſexto. l.quod propter.162. ff. de R.I.* cum nulli legi ſit ſubjecta *l.pen.§.ult.ff.de Excuſ.tut.* Quod ſi itaque ſuperior beneficio collectarum patrimonialium non poſſit ſaluti publicæ ſubvenire, bene vi ſupereminentis dominii ſive jurisdictionis, quod fundatur *in §.ult.I.de his qui ſui vel alien.jur.ſunt,& art.10.Inſtr.pac*; per impoſitionem perſonalium eidem mederi valet, præprimis cum neceſſitas & utilitas publica, unica Baſis & fiſci curandi regula dicatur. Hinc Ulpianus tributa nervos appellat reipublicæ *l. in criminibus.1.§.in cauſa.20.ff.de quæſtion.* Et impoſſibile eſſe inquit Imperator Juſtinianus, ut ſacris tributis non illatis respublica conſervetur *Nov.149.c.2.* quæ ſunt velut alimenta Principis *Nov.8.c.10.§.2.* Idque tantò minus habet dubii, quò cenſus hic concurrente ſingularum perſonarum præſtatione, ſubditos non gravat, quin potius cum totius reipublicæ conſervatione atque emolumento percipitur Autor. *Memorab.de Ærario.c.7.num.8.* & cumprimis Lipſius, qui Romanos ex capitationibus magna reportaſſe commoda tradit *l.2.de magnitud.Roman.cap.2.&3.* Unde cum Saxis Hungarorum Rex cum magno exercitu in Italiam veniret, Berengarius decem modiis nummorum eum juvavit, quos ex tributo collegit indicto, ut quisque mas, fœmina, magnus & lactans, nummum ſolveret, ceu ſcribit Tholoſan. *Synt.jur. univ.lib.3.c.5.n.12.*

§. 2.

CUm verò ambitus neceſſitatis ſit latiſſimus, & non minus ad evitabilia, quam ea, quæ medelam admittunt,

porrigatur,hinc notandum, præciſam & compulſivam hoc loco potiſſimum intelligendam eſſe Weſenbec. *d. tr. de contrib. concl. 2. n. 5. in fin.* cujus cauſas nonnullas recenſet Althuſ. *lib. 1. dicæol. c. 81. n. 52.* non enim facilè perſonis collectæ indicendæ,quamdiu ſuppetunt parata contra neceſſitatis duritiem præſidia. Quia tamen rerum articuli quandoque ita ſunt involuti & dubii, ut vix diſcerni præciſa à cauſativa neceſſitate poſſit, hinc ejus rei determinatio Superioris arbitrio relinquenda *arg. l. 1. in fin. de jur. delib.* ceu bene cum adducto Menochio tradit Weſenbec. *d. l. num. 6.* Suapte hinc inclareſcit ſponte, quod cum leges neceſſitati cedant, relatâ ſupra Leonis Iconomachi conſtitutione non rem ipſam,ſed rei modum improbari, puta cum cephaletio præter urgentem neceſſitatem,& nullâ habitâ ratione patrimonii ſeu acquæſtus indicitur,&infantes contra prohibitionem *l. ætatem 3. princ. ff. de Cenſib.* eidem ſubjiciuntur,ceu non obſcurè innuit ratio in primordio conſtitutionis adducta & relata. Qua de cauſa etiam improbat conſuetudinem Carpz. cujus virtute tributum in infantes,qui à non catholicis baptizantur,imperari ſoleat. *de L. R. cap. 8. ſect. 2. num. 16.* quam & in Gallia quondam uſitatam fuiſſe ex Antimach. *lib. de Relig. theorem.* 1. *pag.* 197. refert. Neque magis probanda promiſcua ac ſimplex ſecundum arithmeticam proportionem inſtituta cephaletio, etiam ſub Heliogabulo & aliis in liberis hominibus,hodie verò ſub Turcis & Barbaris in Chriſtianis, quorum quilibet drachmam auri,hoc eſt,aureum Hungaricum ſolvere debet,frequentata & recepta, qua de re videatur Weſenbec. *d. l. pag.* 108. & Philip. Comin. *lib. 3. de bello Neapolit. pag. 845.* Cæterum non officit exemplum ſacræ paginæ *2. Samuel. 24. verſ. 1.* Quod Deus facto Davidis,quod capita ſubditorum cenſeri curaverit, graviter indignatus:

nam

nam Reſp. hunc cenſum indictū non fuiſſe in ſublevamen neceſſitatis publicę, ſed potius ex ſuperbiæ tumore, cum militum ſuorum numero ac robore magis, quàm Dei benignitate confideret.

§. 3.

NOn autem hodie ſaltem excogitatum, ſed antiquiſſimum colligendæ pecuniæ publicæ medium eſt Capitatio. Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 3.* In ſpecie verò deſcendit à jure civili, uti apparet ex textibus non ſaltem pandectarum in *l. ult. §. pen. de muner. & hon. l. ætatem 3. pr. ff. de Cenſib.* verum etiam Codicis *tot. tit. de Capit. civ. cenſ. exim. l. cum antea. 10. C. de Agric. & cenſit.* ibi: *cum antea per ſingulos viros, per binas verò mulieres, capitis norma ſit cenſa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis unius pendendi capitis attributum eſt.* Et cum Deus populo Iſraëlitico in V. T. præceperit, ut ſinguli, qui in nomen populi Dei tranſirent, dimidium ſicli juxta menſuram & pondus templi in uſum tabernaculi darent, ne plaga ulla afficerentur *Exod. 30. v. 12.* hinc juri divino contraria eſſe nequit, præprimis cum aliis etiam textibus citatis ab Althuſio *l. 1. c. 81. num. 60.* & Weſenbecio *d. tr. concluſ. 7. n. 5. & ſeqq.* firmetur & approbetur. Neque novum abire Teſtamentum docent Interpp. Etenim ad Judæorum interrogationem, reſponſionem Chriſti, date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris *Matth. 22. v. 21.* de cephaletione intelligit Colleg. Argent. *tit. de Cenſib. th. 2.* Et ſtaterem, quem Chriſtus ex ore piſcis ſumere, & pro ſe ac Petro ſolvere jubet *Matt. 17. v. 27.* de hoc cenſu exaudiunt DD. communiter. Quodque totius Orbis in cenſum relatio ſub Auguſto facta, eo reſpexerit, putat Klock. *de Contrib. cap. 1. n. 38. & n. 39.* ubi addit, illum cenſum tres reipublicæ Rom. opportunitatis attuliſſe; nam & numerum eorum, qui arma

ferre

ferre poſſent, oſtendiſſe, & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorum ſumptus ſuſtinerentur, indicaſſe & tributa, quæ quotannis pendebantur, ad æqualitatem reduxiſſe. Porrò quod legibus quoque ſeu conſtitutionibus Imperii publicis roboretur, docet *Rec. Imp. de ann. 1495 pr.* ibi: daß alle und jegliche Menſchen/ſie ſeyen geiſtlich oder weltlich/Frauen oder Mann/ weß Würdens/ Stands/ Ordens oder Weſens die ſind / niemands außgeſchloſſen durch das Heil. Reich gantz auß / Jährlich geben. *jung.* §§. *ſeqq.* ex quibus evidenter patet hanc impoſitionem, capitationem ſapere, principaliter enim de capite, habitâ tantum ratione bonorum, præſtari jubetur; quo etiam faciunt *Receſſ. de anno 1518.* §. und nemlich. *de anno 1542. & 1544.* quos elegenter explicat Weſenbec. *d. tract. concluſ. 7. num. 3.* Rövenſtrunk, vom Rechtlichen Bedencken gemeiner Anlage. *pag.* 12. Mores denique & conſuetudinem hanc muneris ſpeciem ſimiliter ſuſcepiſſe, & in caſu extremæ neceſſitatis ſæpius introduxiſſe, atque etiamnum introducere, firmat experientia Generoſ. Dn. à Seckendorff. *d. pag.* 453. Gail. 2. *Obſ.* 52. *num.* 17.

§. 4.

SIcut autem impoſitio munerum à Majeſtate dependet *l. un. C. de ſuperind. l. placet. 8. C. de Excuſ. muner.* & de jure regalium eſt 2. *f.* 56. ibi: *collatio ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem.* 2. *f.* 53. §. *illicitas.* Struv. *Synt. j. F. c. 6. aph.* 21. Myler. *in addit. ad Rumelin. ad A.B. part. 3. diſſ. 5.* eaq; de cauſa collectæ ſunt & dicuntur ſuperioris, ſeu ſublimioris eminentiæ ſymbola *c. omnis anima. X. de Cenſib. Exact. c. magnum.* 11. *q.* 1. Gail. 1. *Obſ.* 21. *num.* 9 Chriſtoph. Mingius *de ſuper. territ. & ejusd. jur. affin. cap. 5. th.* 75. ita imponere

atque

atque indicere cephaletionem tantum poſſunt, qui ſummâ juriſdictione ſeu jure regalium gaudent. Et quidem olim, cum penes Imperatorem erat omnis poteſtas Tacit. *l.1. Hiſt. pr.* & rempublicam pro arbitrio regebat, §. *6. Inſt. de J. N. G. & C. l.1. pr. de Conſtit. Princ. l. neceſſarium. 2. §. 1. ff. de Orig. jur.* Struv. *Synt. J. C. Exerc. 1. th. 26.* Lampad. *de Republ. Rom. Germ. part. 2. n. 9. in fin.* is ſolus Imperialem capitationem in ſingula capita, ob publicam totius Imperii utilitatem decernebat *l. un. C. de ſuperindict. l. vectigalia. 10. ff. de publican. & tot. tit. C. Nov. vect. inſtit. non poſſe. Luc. c. 2.* Hodie verò cum legibus fundamentalibus, Capitulatione Cæſarea & ſimilibus, quibus ſe adſtrinxerunt, teneantur Imperatores, legibus de cætero civilibus ſoluti *l. 31. de LL.* Carpzov. *de L. R. Germ. cap. 12. ſect. 2. num 7. & ſeqq.* hinc cenſus ejusmodi impoſitio cum Electorum & Statuum conſenſu fieri debet, ut præter *Capitul. Carol. IV. & Ferdinand. II. Impp.* §. deßgleichen die Churfürſten. ibi: die Steure und Aufflagen ohne wiſſen und willen der ſechs Churfürſten nicht anſetzen; & paulò poſt: mit Raht und Gutachten mehrerwehnter ſechs Churfürſten verfahren. varii indicant *RR. Imp. de ann. 1495. 1500. 1512.* §. und damit die Mäßigung / *& §. ſeq. & Rec. de ann. 1518. 1522. &c. Paciſ. Oſnabr. art. 8. v.* Tribut anzukündigen / Carpzov. *d. tr. c. 8. ſect. 5. num. 2.* Klock. *d. tr. c. 3. n. 124.* Struv. *Exc. 50. th. 67. Id. Synt. j. f. c. 6. aph. 21.* Add. Carpz. *4. Reſp. El. t. 10. Reſp. 70. n. 10.* Qua de cauſa neceſſe eſt, ut Ordines Imperii comitiorũ habendorum cauſa convocentur, & de hac impoſitione inibi deliberatio inſtituatur ſec. tenorem. *d. §. Capitul. Cæſar.* ibi: ſo offt auch die nohtdurfft erfordert einiger Steuer halben / etwas an die Stände deß Reichs gelangen zu laſſen / wollen wir uns der ordentlichen Mittel / als Reichs- und Kreiß-Tage gebrauchen / &c. Colleg. Argent. *tit. de Cenſib. th. 20.*

 §. 5. Pro-

§. 5.

PRovincialem quod attinet, Principes & reliqui Status Imperii (qui ſecundùm poriſma, tàm Practicis, quàm Theoricis uſitatum, tantum in ſuo territorio poſſunt, quantum Imperator in univerſo Imperio) pro urgente neceſſitate & utilitate provinciæ vigore ſuperioritatis, tanquam poteſtatis proximè ad majeſtatem accedentis, ſeu vigore Regalium ab Imperatore, vel præſcriptionis jure obtentorum, à ſubditis ſuis eam exigere poſſunt *2.F.56.l.placet.8.C.de Excuſ. mun.l.un.C.ſuperind. R.Imp.de anno 1544.* §. es ſollen auch/ *& de ann.1551.* §. ſolche der Stände Klock. *d.tr.c.3.n.134.* Colleg. Argent. *d.t.th.22.* & quidem in Conventibus provincialibus, quos ea de cauſa inſtitui, adque eos ſingulos provinciæ ſtatus conſultationis publicæ gratiâ vocari videmus, Fritſch. *tract. de convent. provincial. cap.7. num.10. & ſeqq.* Klock. *d.tr.c.1.num.231.* Struv. *d. loc.* Brunnemann. *ad l. un. C.de ſuperind.* Gail. *de arreſt.c.10.n.17.* Idem *1.Obſ.17. & 2.Obſ.51. & 53.* Idque æquitate & utilitate ſub nixum videtur, cùm certiores de cauſa indictionis facti, promptiores ad hunc cenſum exſolvendum redduntur; Neque tamen hac ratione ſuperiorum nullâ lege publica adſtrictorum, poteſtas minuitur, quia ab illis non ut decidentes, ſed potius ut conſulentes adhibentur: Nec novum & proprium id ſolummodo eſt Imperii noſtri Rom. Germanici, ſed idem apud exteros ſervari videmus; de Gallorum enim, Hiſpanorum & Anglorum ſimili conſuetudine, videri poſſunt Bodin. *lib.7.de Republ.c.2.* & Comin. *lib.5.de rebus geſt. Ludov. XI.* deque Republica Batavica Klock. *d.tr.c.4.n.48.*

§. 6.

EX antedictis autem ſatis elucet, ab imponenda cephalætione non poſſe excludi civitates Imperii liberas, die

Frey

408.

Frey-und Reichs-Städte / inter quas, dum vocabula hæc in Inſtr. pac. & RR. Imp. promiſcuè uſurpantur, nullum unquam fuit nec nunc eſt diſcrimen, ſed omnes ſtatibus accenſentur *A.B. Carol. IV. tit.* 1. ibi: *Civibus ſeu communitatibus caſtrorum &c. Reform.* (*Frider. III. Imp. in ann.* 1442. *in pr.* ibi: Gemeinde aller und jeglicher Städte / Cluten. *ſyllog. rer. quot. concl. 27. lit. C.* Wehner. *pract. Obſ. verb.* freye Reichs-Städte / Otto *de jur. publ. Imp. Rom. cap.* 18. *pag.* 633. Gail. *lib. 2. Obſ. 57.* Rutger. Ruland. *de Commiſſ. lib. 5. c.* 4. *num.* 41. Waremund. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. c. 1. num. 35. & ſeqq.* Subſtantialis enim ſtatus Imperii nota illis inhærere videtur, cum ad comitia, ut in conventibus Imperii jus ſeſſionis & votum non ſolùm conſultivum, ſed & deciſivum habeant, vocentur *A.B. Carol. IV. in præf. Rom. Imp. de ann.* 1548. §. wann auch. Reink. de R.I.E. *Claſſ. 4. c. 1. n. 4. &* 14. Paurm. *de jurisd. lib. 2. c. 2. num. 23 & ſeqq.* Myler. *in addit. ad not. Rumelin. ad A.B. part. 2. diſſ. 3. th. 4. lit. f. ibique alleg.* & jura etiam territorialia ſeu ſuperioritatis habeant *Pacif. Oſnabr. art. 8. §. tam in univerſitatibus. add. text. in tit. de pace conſtant. verſ. Volumus.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 1. part. 2. cap. 1. num.* 63. Otto *d. tr. & cap. pag. 635. & ſeqq.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Lehn. Carpzov. *de L. R. Germ. cap. 5. ſect. 2. num. 3.* ita ut nihil intereſſe videatur inter ſuperioritatem Principum & Civitatum Imperialium Lampad. *de* Re*publ.* R*om. Germ. part. 3. c.* 14. §. 25. Rumelin. *ad A.B. Carol. IV. p. 1. diſſ. 1. th.* 11. Unde rectè fertur dicere Baldum *conſ.* 118. *num.* 24. *vol.* 1. *Poteſtatem Civitatum* Re*galibus utentium in dubium vocare, eſſe refrangere mundum* & Thom. Michael *d. jurisd. concluſ. 44. lit. G. Nullam urgentem ſe videre dari rationem, cur Civitates juribus ſuperioritatis, quæ vulgo* Lands-Ober-und Herrligkeit *appellant, carere, vel Regalium incapaces dicendæ ſint.*

.8574

Wurmſer. *Exerc. jur. publ. 3.* §. *18.* Nobilibus etiam Imperii immediatis hujus cephaletionis indictionem ſimiliter competere, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, cùm hi, quamvis ſtatus non amplius ſint *Rec. Imp. de ann. 1564.* §. und wollen wir/ jura tamen ſuperioritatis & Regalia etiamnum habeant *per text. expr. Inſtr. pac. art. 5.* §. *28.* weſenb. *Conſil. 60. n. 30.*

§. 7.

QUod ſi verò quandoque ad diverſos dominos, vel vi pactionis, vel præſcriptionis jure, pertineant provinciæ, puta quod unus ſummum Imperium, alius jurisdictionem ſimplicem, alius alia jura habeat, tum ei aſſerenda indictio, cui omnigena centena, germ: die Ober-Vogtey/ de qua videri poteſt Andr. Knichen. *tract. de ſublim. & Reg. territ. jur. c. 4. n. 46.* Chriſtoph. Mingius *de ſuperior. territ. & ejusd. jur. adfin. cap. 4.* §. *57.* cum jure territoriali competit Bocer. *in tr. de cuſtod. Clav. col. 6. & Deciſ. 222.* Brunnem. *in l. 1.* §. *dominium. ad SCtum Syllan.* quia non tàm jurisdictionis ſimplicis, quàm Imperii ac Regalium eſt per *cit.* §. *4. h. c.* Wehner. *pract. Obſ. verb.* Landſaſſeren. adque fructus ſupremæ jurisdictionis pertinet Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 453. & ſeqq.* Klock. *tr. de contrib. cap. 3. num. 134. & ſeqq.* Unde ſequitur, quod ſi Princeps Nobili caſtrum in feudum dederit cum mero mixtoque imperio, & omni jurisdictione, indictio penes ſolum Principem, non verò Nobilem reſideat, Regalium enim & jurisdictionis, meri mixtique imperii, diverſam plane & ſeparatam eſſe cauſam abinde patet, quod jurisdictio pertineat ad cauſas, tum civiles tũ criminales, cum in finẽ, ut ſuper illis jus dicatur; Regalia verò nõ conſiſtant in jure dicendo, ſed potius in præeminentia, dignitate atq; prærogativa ſuperiori cõpetente. Unde & illa ab homi-

 409.

nibus inferioris conditionis acquiri, & ſine Regalibus conſiſtere poteſt. Strauch. *Exerc. jur. publ. Exot.* 12. *th.* 8. *in fin.* Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 95. Paurmeiſt. *de jurisd. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 62. *& ſeqq.* Weſenbec. *conſ.* 27. *n.* 21. *& conſ.* 45. *num.* 37. Wurmſer. *Exerc. jur. publ.* 6. *q.* 3. Otto *c. tr. pag.* 312. *ibique alleg.* Robur aſſerto quoque addit tritiſſima juris regula, in generali conceſſione ea, quæ ſpecialiter concedi debent, non venire *l. obligatione.* 6. *ff. de pignor. & hypoth. l. alumnos.* 1. *C. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. ſed & ſi.* 4. §. *quæſitum.* 4. *ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. &c.* At verò Regalia, tanquam ſoli Principi in ſignum ſuperioritatis & privilegii ſingularis reſervata *arg. l.* 1. *C. de ſuperind. C. ſuper. X. de V. S.* absque ſpeciali conceſſione tranſire non cenſentur *cap.* 4. *X. de Offic. legat.* Wurmſer. *d. tr. Exerc.* 3. *q.* 10. ubi dicit, ita DD. communiter ſtatuere *in cap. un. Lib.* 2. *F. quæ ſint* Regalia. Otto *cit. tr. & loc.*

§. 8.

UTüt verò impoſitio cephaletionis ad jus Regalium pertineat, tamen nil impedit, quò minus etiam præſcriptione acquiri poſſit, tum per *c. ſuper quibusdam.* §. *præterea. X. de V. S. &* Rec. *Imp. de anno* 1548. §. **und ſoll unſer.** §. **wann auch ein Außgezogener.** *&* §. **wo aber innerhalb Menſchen Gedächtniß.** tùm quod ſuâ naturâ alienabilia, etiam præſcriptibilia cenſeantur *l. hoc jure.* 3. §. *ductus aquæ.* 4. *ff. de aqu. cottid. & æſtiv. l. quod principis.* 23. *ff. de aqu. & aqu. pluv. arc. act. l. non ſolent.* 3. *C. vect. nov. inſt. non poſſ.* Klock. *d. tr. c.* 20. *num.* 233. Gail. 2. *Obſ.* 31. *num.* 4. Otto *d. tr. pag.* 315. Pro duplici tamen conſiderandi modo, quatenus nempe nunc publici, nunc privati juris eſt, præſcriptio vel temporis longiſſimi, vel ejus, cujus non extat memoria, deſideratur, Gebhard. *tract. de rer. uſucap. p.* 461. Klock. *d. tr. c.* 16. *ſect.* 2.

*num.7.& c.20.n.*32.150.151.233. *& ſeqq.* Hæc nimirum, ſi inferior, cujus reſpectu publici juris, contra ſuperiorem per *d. cap. ſuper quibusdam.* §.*præterea. X. de V. S. & præalleg.* RR. *Imp.* Struv. *Exerc.* 43. *th.*24. Gail. *tr. de arreſt. c.7. num.*15. *& ſeqq.* Illa vero, quando in alieno territorio par adverſus parem (intellige ſubjectionis gradu, licet dignitatis ſplendore inæquales ſint) quia tunc pro re privata reputatur, id ſibi quæſitum prætendat *l. omnes. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Gebhard. *d. tr. pag. 509.* Otto *d. tr. pag.*317. & poteſt illa præſcriptio unico etiam actu perfici, dummodò non ſit violentus aut vitioſus, neque adverſarius diſpatientiam ſuam declaret, nihilque opponat *l. ult. quemadm. ſervit. amitt.* Rövenſtrunck. Rechtlich Bedencken gemeiner Anlage / *pag.* 17. *num.* 51. Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 87. *& ſeq.* Non tamen in conſequentiam juris præſcripti in alterius territorio, ſuperioritas territorialis & aliæ collectandi ſpecies veniunt, inſimulve præſcriptæ cenſentur *l. quod meo nomine.*18. §. *fin. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. nec utilem. 30. ff. ex quib. cauſ. major. c.*18. *X. de præſcript.* quia tantum cenſetur præſcriptum, quantum poſſesſum, niſi poſſeſſione penitus vacante, vel voluntate alterius præſcriptio contingat Hahn. *ad Weſenb. num.*12. *verſ. etiamſi Bartolus & alii.* Struv. *Exerc.*42. *th.*16. *in fin.* Rosbach. *proceſſ. civil. tit.* 2. *num.* 24. *& ſeqq.*

§. 9.

SUapte ex dictis fluit ſponte, Magiſtratus municipales & quemlibet alium judicem inferiorum ne quidem communitate volente indicere poſſe *l. un. C. de ſuper ind.* Brunn. *ad tit. C. de Capitat. civ. cenſ. exim.* ſuperioritate enim territoriali & Regalibus non gaudent Struv. *Exerc.*2. *th.*42. privatorum quippe vices ac locum repræſentantes *l. cum qui.*16. *ff. de V. S. l. nihil intereſt.* 15. *ff. de SCto Maced.* Matth. Steph. *de*

410

juriſd. c.2.num.24. Gœdd. *comm.ad tit. de V. S.ad l.16.n.17.* Et quamvis ad onera univerſitatis ſuſtinenda & ad neceſſitatem eorum ſublevandam conſentientibus civibus omnibus, vel majori parte *l.quod major.19.ff.ad municipal.* collectas quandoq; imponant, id tamen non vigore Regaliũ, ſed conventionis, mutuâ civium voluntate ſuſceptæ & initæ fieri, expediti juris eſt Brautlacht. *l.6.jur.publ.c.2.th.15. & 17.* ubi juſtas collectandi cauſas ſubnectit; Qua ratione eas minus propriè collectas, ſed magis propriè collationes vocari, ſtatuit wurmſer. *Exerc.jur.publ.6.q.4. cum alleg.* illoque caſu conſenſum etiam ſuperiorum neceſſarium eſſe cum Carpzov. *juriſpr.for.p.2.conſt.6.def.24. num.3.* ubi & præjudicia practica addit, judicamus, ne nimiâ alias exactione, ea, quæ illis in ſignum ſubjectionis præſtãda, præſtari impediantur Struv. *Exerc.50.th.68.*

§. 10.

CUm autem jus protectionis ſuperioritatem territorialem non tribuat, neque ſubjectionem inferat, juxta vulgatum. Schutz und Schirms-Gerechtigkeit / gibt keine Obrigkeit / entziehet auch dem rechten Erb-Herrn an ſeinen Rechten nicht das allergeringſte *c. recipimus. & c. ex ore ſedentis. X. de privileg.* Rumelin. *ad A.B.p.2.diſſ.5.th.9. & 10. ibique* Myler. *in addit. lit. A.* Strauch. *diſſ. jur. publ. Exot. 12. th.9. in fin.* Menoch. *cent. 6. arbitr. jud. quæſt. caſ. 684. n.4. & conſ.25. n.25.* Carpzov. *de L. R. Germ. c.6. ſect.5. n.10. & 11.* quin potius juriſdictionis non competentis ſignum ſit evidens Beſold. *de Fœder. c.5. num.12.* Dominis etiam clientelaribus jus capitationem decernendi nequaquam competere evidẽter apparet, niſi vel conſuetudine vel pacto aliud receptum doceatur Tholoſ. *ſynt. jur. univ. lib.3. c.7. n.11.* Sixtin. *de Regalib. lib.2. c.14. n.103. & ſeqq.* Gail. *lib.2. Obſ.52. num.5.*

Neque

Neque aliud de Apanagiatis, ſeu quibus certa portio Principatuum aſſignata eſt, dicendum, a rgm. R.I. *de anno* 1500. *Rubric.* Ordnung des Regiments. *tit.* daß ein jeder nicht mehr dann da er ſeßhafft iſt / von allem ſeinem Gut/ was ligt/ſteuren ſoll. Strauch. *diſſ. jur. pub. Exot.* 12. §. 17. Rumelin. *d. tr. part.3. diſſ. 5. th.* 14. *ibique* Myler.. *in addit.* Springsfeld. *tract. de apanagio. cap.*11. *num.* 112. ubi & rationem & declarationem, ſi pacto, Statuto & moribus aliter obſervetur, ſubnexo exemplo addit. Ut nec denique de feudi Dominis reſpectum vaſallorum, utpote qui fidelitatis ſaltem non verò homagii juramentum præſtant, inque cenſu ſubditorum non ſunt *c. cæterum. X. de judiciis. clement. paſtoralis.* §. *denique.* & §. *rurſus. de ſentent. & re jud. ibique* Gloſs. Martin. Mager. à Schönberg. *de Advocat. armat. c. 6. num.* 691. Bocer. *de collect. c.4. num.*12. & *ſeq.* Struv. *ſynt.* I. *F. c.* 11. §. *5. num.*16. Roſenthal. *de feud. c.5. concl.* 87. Klock. *de contrib. c.*14. *ſect.2. num.*1.22. & *ſeqq.*

§. II.

Altera cauſa finalis, ex qua negotii cujuslibet vim æſtimandam eſſe conſtat, diſcutienda ſupereſt: Hæc verò ut omnium tributorum, imò Regalium, conſiſtit in ſalutis publicæ conſervatione, veluti ut quies & tranquillitas publica procuretur, pietas & religio ſtabiliatur, contraque infideles defendatur, juſtitia adminiſtretur & non minus imperantes, quàm parentes contra turbas, motus & incurſiones ſecuri eſſe, easque faciliori negotio reprimere & declinare queant; quippe quæ omnia citra rerum gerendarum nervum, pecuniæ adminiculum, Principi procurare atque proſpicere impoſſibile eſt *Nov.* 8. *c.*10. §. 2. ut fertur

Quisquis habet nummos, ſecurâ navigat aurâ,
Fortunamq; ſuo temperat arbitrio.

 417

Et Imperator in *Nov.161.c.2.* *Neque enim,*inquit, *aliter licet conſervare rempublicam, niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum,ex quibus & militares nutriuntur copia,ut reſiſtatur hoſtibus,ac per agros & urbes agantur excubiæ: perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis, reparantur quoque muri & urbes,denique omnia alia proveniunt, quæ communem ſubditorum utilitatem concernunt.* Cui conſonat illud Taciti *4. Hiſtor. Nec quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis,nec ſtipendia ſine tributis eſſe queunt.* Et Ejusd. *13. Annal. Diſſolvi Imperium,ſi fructus diminuantur.*

CAPUT TERTIUM.

De

Materia & Forma.

§. I.

PErluſtratis cauſis externis,ad internas,materiam nempe & formam deſcendendum. Materia autem eſt vel ſubjectiva vel objectiva. Subjectivam ex doctrina traditorum, Superioritatem in imponente requirentium,conſtituunt ſubditi, iique propriè aut verè tales ſeu ratione domicilii ſic dicti *l. domicilium.20.ff. ad municip.* utpote quos indictio iſthæc tangit *l. 6. §. fin.ubi Bart. ff.de Muner. & honor. l. unic. C. de mulier. in quo loc. mun. lib. 10.* Cùm enim hi ſuperioribus ſe ſuaque commiſerint & quidem tàm ipſorum gratia,quàm ob propriam utilitatem *l. neceſſarium. 2. §. deinde. 9. & §. noviſſimè. 11. ff. de Orig. jur.* Reique publicæ facti ſint partes, hinc ejus utilitati & neceſſitati ſubvenire neceſſe habent,non ſolùm quædam in ſuperioritatis recognitionem ſeu ſubjectionis probationem præſtando *1. ad Corinth. 9. c. magnum. 11. q. 1. c. omnis anima. X. de Cenſib.* ſed &

ſi opus fuerit, pro ſuperioribus mortem expetendo & ſuffe-rendo. Ferdin. Vaſq. *controv. illuſtr. c. 52. num.* 15. Klock. *de contrib. c. 7. n. 5.* In hoc tamen paſſu diſtingui debet inter jus civile & mores hodiernos, & illud tum antiquius, tum recentius. Antiquiori omnes tenebantur ad Cephaletionem, qui modò eſſent inquilini & incolæ in colonia, in quam transmigrabant, propterea, quia ob tenuitatem patrimonii, non poterant alia ferre onera Tholoſ. *ſynt. jur. univ. lib. 3. c. 5. num. 11.* unde capite Cenſi dicti Juſt. Lipſius *de Milit. Rom. lib. 1. dialog. 2.* In ſpecie autem capitationem præſtabant maſculi ab anno 14. fœminæ verò a 12. ſi cenſus tempore ſint ejus ætatis, uſque ad annum 65. *l. ætatem. 3. ff. de Cenſib.* Colleg. Argent. *tit. de Cenſib. th. 3.* Perez. *tit. C. de Capit. civ. cenſ. exim.* Brunneman. *ad l. 8. C. de SS. Eccleſ. Gloſſ. ad Rubric. C. de Annon. & tribut. lib. 10.* Quanquam alibi non ante vigeſimum annum capite obligatos fuiſſe meminerit Juſt. Lipſius *de Magnitud. Rom. lib. 2. c. 3.* ubi & addit cauſam remiſſionis in ætate vel puerili vel ſenili.

§. 2.

UNde conſectarium, nec infantes, nec forenſes, neque exteros huic muneri ſubjectos fuiſſe *l. cum neq;. 4. C. de incolis.* Colleg. Argent. *d. t. th. 25.* Quo in cenſu etiam collocandi illi, qui alioquin à muneribus perſonalibus, ſive etiam civilibus excuſantur *l. ult. §. pen. ff. de muner. & honor.* quos latè tradit Colleg. Argent. *d. t. th. 6. n. 111.* Struv. *Exerc. 50. th. 73.* Hahn. *ad VVeſenbec. tit. de Vacat. & excuſ. num. 4.* Si quis tamen immunitatem ſpeciali reſcripto Principis ab omnibus præſtationibus conceſſam habeat, non relevatur, quia talis conceſſio ad extraordinaria onera, & quidem tempore datæ immunitatis exiſtentia, non vero ordinaria, cujus generis hoc eſſe ſupra *Cap. 1. §. 5.* probatum, eſt reſtringenda

l. hi.

l. hi, qui. 6. l. in honoribus. 8. §. qui muneris 3. ff. de Vacat. & exeuſ. mun. l. 1. C. de indict. lib. 10. l. immunitates. 9. C. de Agric. & Cenſit. lib. 11. Weſenbec. *ad tit. ff. de Vacat. & Excuſ. n. 4.* Brunneman. *ad l. 4. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Cæterùm pro ſervis Dominum in ſuo capite dependiſſe, ac pro filiis parentes exſolviſſe hunc cenſum, dicit Juſt. Lipſius *de magnitud. Rom. lib. 2. c. 3.*

§. 3.

RECentiori jure ex conſtitutione Conſtantini Imp. qui plebem urbanam exemit *l. un. C. de capitat. civ. cenſ. exim.* ſoli coloni cenſiti ſeu aſcriptitii, & ex iis nati originarii, hoc onus ſubibant *l. 1. C. ne Ruſtican. ad ull. obſeq. devoc.* Perez. *c. l. n. 6.* unde capitatio plebeja dicta Calvin. *in Lex. jur. verb. capitatio.* ab eoque nullâ præſcriptione aut immunitatis conceſſione liberabantur *l. originarios. 11. C. de agric. & Cenſit. lib. 11.* Ad ullum tamen aliud obſequium ea propter devocari non poterant per *d. tit. C. ne ruſtic. ad ull. al. obſeq. devoc. lib.* 11. Singulari tamen exemptionis privilegio nonnulli fruebantur, & quidem alii vel ob bene merita, vel ob cœli aſperitatem ſive ſoli infœcunditatem, in cæteris alioquin oneribus, reliquis colonis prorſus ſimiles: ut ii, qui in Metrocomiis habitabant *l. ſi divina. 8. C. de Exactor. Tribut.* Coloni Thracenſes *l. un. C. de Colon. Thracenſ.* & Illyricani *l. un. C. de Colon. Illyric. lib.* 11. Gothofr. *ad c. l. un. C. de Colon. Thrac. lit. H.* Colleg. Argent. *d. t. th. 6.* Brunneman. *ad d. l. un. C. de Colon. Thrac.* Alii ob favorem & præeminentiam Eccleſiæ, ut Coloni Eccleſiæ Theſſalonicenſis *l. 12. C. de annon & tribut. lib.* 10. *l. ſacroſancta. 8. C. de SS. Eccleſ.* Unde reliquæ Eccleſiæ tali immunitate non gaudebant *l. 1. C. de Epiſc. & Cler.* Alii denique ob ſplendorem & Majeſtatem Imperatoris, cujus intuitu ex conſtitutione

D. Veſpaſiani remittebatur Colonis Cæſarienſibus *l. ult. §. Divus Veſpaſianus. 7. ff. de cenſib.*

§. 4.

QUi hodie cephaletioni ſubjiciantur, ex diviſione ſupra tradita facilè eluceſcit; Ubi notantum, quod, cum hodie ex graviſſima ſaltem neceſſitate hoc munus indicatur, extraordinarium ſit, & proinde tàm cives, quàm colonos & ruſticos Perez. *ad tit. C. de Capit. civ. cenſ. exim.* perſonas item Eccleſiaſticas *l. placet. 5. C. de SS. Eccl. l. fin. C. de curſ. publ. c. pervenit. c. non minus & c. adverſus. X. de immunit. Eccleſ.* & quidem apud Auguſtanæ Confeſſioni addictos, inconſulto Pontifice, quia ejus autoritatem etiam in minimis nequaquam agnoſcunt; forenſes denique & alioquin privilegiatas tangat, privilegium enim immunitatis generaliter conceſſum, non eximit ab indictionibus ob bellum vel neceſſitatē publicam impoſitis *l. jubemus. 10. & l. neminem. 11. C. de SS. Eccleſ. l. cum ad. 2. C. de quib. mun. nem. lic. ſe excuſ. l. 1. C. ut nem. lic. in empit. ſpec. ſe exc. l. 10. l. 1. C. de indict. Rec. Imp. de anno 1542. §.* Und nemlich / ſollen alle. *d. ann. 1582. §.* und nachdem dieſe anſehenliche. *1549. §.* demnach ſollen die Unterthanen. *1598. §.* dieweil dann nun / ꝛc. Struv. *Exerc. 50. th. 73.* Martin. Mager. à Schönberg *d. tr. c. 6. n. 56.* ubi probat, hanc ſententiam æquitati conſonam, & Cameralis Judicii uſu comprobatam, inſimulque conſuetudine communi totius Germaniæ receptam eſſe. Imò etiam huic oneri ſubjici poſſunt infantes Colleg. Argent. *d. t. th. 25.* Tholoſ. *Synt. jur. univ. lib. 3. c. 5. num. 12.* ut & ſervi & ſervæ, (ita ut ipſimet non verò eorum Domini præſtationi fiant obnoxii Hippolyt. Bonacoſſ. *tract. de ſervis & famul. quæſt. 197.*) *Rec. Imp. de ann. 1542. §.* und wiewol wiſſentlich war. Weſenbec. *tract. de ſubſid. neceſſ. publ. fer. concl.*

7. *num.*1. Rôvenſtrunck. Rechtlich Bedencken gemeiner Anlage *n.36.*

§. 5.

QUin tamen cephaletio inſtar muneris ordinarii, ut olim fuit, etiam hodie quandoque imponi poſſit, nihil obeſſe videtur, ſi nempe lege publicâ uniformis, perpetua, & ut quotannis recurrat, ſit effecta Gail. 2. *Obſ.53.* Colleg. Argent. *d.t.th.24.* Quod etiam conſuetudine præſcriptione & ſtatuto fieri poſſe expeditum eſt per tradita Klock. *de Contrib. c. 2. num. 99. ibique alleg.* Et hoc caſu non omnium ſine diſcrimine cenſenda eſſe capita tradit Autor Memorab. de Ærario, *pag.19.* ubi pergit: *non miniſtrorum Scholæ, Eccleſiæ, Juſtitiæ, militiæ, Status publici. Intellectis ſub nomine Scholæ, Præceptoribus, Doctoribus, Profeſſoribus Scholaſticis quibuscunque: Eccleſiæ, Eccleſiaſticis quibuscunque; juſtitiæ, Advocatis, Procuratoribus, Judicibus, Aſſeſſoribus, Magiſtratibus, eorumque accenſis quibuscunque: militiæ, Ducibus belli, Nobilibus ſtrenuis, militibus quibuscunque: Status publici, ejus adminiſtris, Conſiliariis, Legatis, publica belli pacisque negotia obeuntibus quibuscunque: quia hi omnes ſua jam impendunt capita, capitum præcipuas facultates, quin & corporis membra bono publico. Non mutilatorum præcipuis membris neceſſariis, quia iis nec ſibi nec aliis prodeſſe poſſunt: non impuberum, maſculorum & fœminarum, nec decrepitorum, quia ejus utriusque ætatis membra aut nondum, aut non amplius, apta laboribus: non perpetim ægrotorum, ægreſcentium, aut morbidorum, & una pauperum & indigentium tàm aliorum, quàm ope, ſtipe, & auxilio: non Statuum Imperii, qui corporis magis, quàm capitis nomine veniunt, ſuasque jam ultro conferunt ærario illuſtres collationes, hoc onere non iterum moleſtandi.* Cæterùm ſi collectandus

dus duo diverſa habet domicilia, ut poteſt *per l. aſſumptio. 6. §. viris prudentibus. 2. & l. ejus. 27. §. celſus. 2. ad municip.* tū in ſingulis locis rectè cephaletioni ſubjicitur, dummodò adſit animus deſtinatus, duplex domicilium habendi, non enim poſſeſſio domus, ſed animus domicilium inducit *l. libertus. 17. §. ſola. 5. & §. ſola. 13. ff. ad municip.* Idque in mercatoribus aliisve negotiatoribus, qui ex æquo in pluribus locis negotiantur, locum invenire poteſt *per. l. 5. d. t.* Klock. *d. tr. c. 11. n. 8. & ſeq.* Colleg. Argent. *d. t. th. 27.* ubi etiam per rationes probat, à forenſibus hunc cenſum nequaquam exigi poſſe, ſubjectis tamen quibusdam exceptionibus.

§. 6.

MAteriam objectivam repræſentat cephaletionis quantitas, & olim & nunc recepta. Olim maſculus aureum, fœmina vero dimidium præſtabat Gloſs. *ad Rubr. C. de annon. & tribut.* Perez. *d. t. C. de capitat. civ. cenſ. exim.* Brunnem. *ad l. 8. C. de SS. Eccleſ.* Carpz. *de L. R. Germ. c. 8. ſect. 2. num. 27.* Qua tamen in re uſum locorum variaſſe cenſemus. Nam ex conventione, quasdam Græciæ provincias, ut magis in obſequio & fide retinerentur, aureum per capita præſtitiſſe probat Perez. *ad tit. C. de annon. & tribut. num. 37.* Syros item ac Cilices centeſimam pro capitis tributo dediſſe notat Lipſius *de Magnitud. Rom. lib. 2. c. 3.* & Tholoſ. *lib. 3. cap. 5. n. 11.* ex ſententia Heſychii aliorumque inducit, inquilinos ob receptionem in ea civitate, in qua tranſibant, capitationem duodecim drachmarum ſolviſſe. Imo variationem ejusdem non obſcurè probat *l. cum auten. 10. C. de Agric. & Cenſit. lib. 11.* ibi: *cum antea per ſingulos viros, per binas verò mulieres, capitis norma ſit cenſa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, unius pendendi capitis attributum.* Gloſs. & Brunnemann. *ad d. l. &* Perez. *eod. tit. num. 28.* Decætero coloni

cenſebantur pro modo & qualitate prædiorum à dominis acceptorum. Hodie marem duos Groſſos, fœminam autem unum pendere dicit Klock. *c.17. num.166.* niſi locorum conſuetudines varient. Etenim ſecundum reipubl. occurrentes neceſſitates, attentâ tamen moderatione, aliquandò plus, aliquando minus indici ſolet & poteſt, ne alias nimium ſubditos gravando, plus invidiæ ſibi, quàm virium quærant Principes Tacit. *lib.5. Hiſt.*

§. 7.

QUemadmodum verò patrimonialis cenſus non æqualiter, ſed pro modo facultatum imponi debet *l. forma. 4. ff. de cenſib.* ita quoque ſingula capita, ne pauper & dives pari oneri ſubjiciantur, non eodem modo, ſed habitâ artificii & acquæſtus, ſeu ut dicunt, induſtriæ, itemque divitiarum ratione, ſunt cenſenda, ita ut tenuiores præ opulentis leventur minusque pendant Perez. *ad tit. C. de ann. & tribut. num.3.* Tholoſ. *c. 11. lib.3. c.5. num.11.* Rovenſtrunck. Rechtlich Bedencken gemeiner Anlage. *num.34.* Seckendorff Teutſcher Fürſten-Staat. *pag. 453.* ubi id eleganter ſequentibus expreſſit verbis: Wiewol ſolche Capitation oder Kopf-Steuren / ſonſt in der Billigkeit keinen Grund dergeſtalt haben / daß nemlich einer ſo viel wie der ander / und alſo der Arme ſo viel als der Reiche / geben ſolle. Wann aber gewiſſe Claſſes der Vermögenden und Unvermögenden gemacht / oder gar ein weniges zu der Capital-Steur angeſetzt / oder auch die Häupter zuvor gezehlet / und ihnen eine gewiſſe Anlage zugerechnet / aber gleichwol nach dem Vermögen nachmahls Außtheilung getroffen wird / ſo hat man ſich deſſen zumahl in vorfallenden Nöhten / die öffters keine lange Betrachtung und Außtheilung leiden wollen / ſo hoch nicht zubeſchweren.

Quod & convenit *Receſſibus Imperii de anno 1582.* §. und nachdem dieſe anſehnliche. *in fin.* 1594. §. und daß den Unterthanen. *& de an. 1603.* §. und dann daß den Unterthanen. Idque Auguſtum Imperatorem, dum univerſum orbem ejus Imperio ſubjectum cenſeri juſſit *Luc. 2.* egiſſe apparet, ut nempe deſcriptis omnium civitatum capitibus intelligeret, quæ cujusque regionis, urbis familiæ & domus facultates eſſent, & ſecundum eas tributum exigi poſſet Klock. *c.1.n.28.* Qua de cauſa Cephaletio, ſecundum proportionem arithmeticam ſingulis æqualiter impoſita & aliquando exercita, hodie verò Turcis & Barbaris familiariſſima, tanquam acerbiſſima exactio atque Tyrannidis quædam nota damnatur Cicer. *lib.3.Epiſt.8.ad App. Pulchr.* Weſenbec. *d.tr. pag.108.n.3.* Carpzov. *de L. R. Germ. c. 8. ſect. 2. num.29.* Autor *Memorab. de Ærario c.7.§.8.pag. 20.* Lipſius *de Magnit. Rom.lib.2.c.3.*

§. 8.

UT autem dicta dimenſio juxta juſtitiam diſtributivam, quâ ſolâ ſuſtentari civilis politia dicitur Klock. *d.tr.c.17. num.1.* weſenbec. *d.tr.pag.121.* commodè obſervari queat, cenſendus ætatem & bona profiteri debet, profeſſa verò ad librum cenſualem vulgò cataſtrum referenda, & deinde ratione fructuum æſtimanda ſunt *l. forma. 4. ff. de cenſibus.* Struv. *Exerc. 50.th.89.* nullâ eorum habitâ ratione, quæ utilitatem præbent nullam *l. omnes.12. C.de oper. publ.* Bocer. de collect. *c.10.in.pr.& num.3.* Struv. *dict. Exerc.th.90.* Idq; æquitati maximè conſonum videtur, cùm multi plus bonorum ratione æſtimationis, quàm fructuum, ſi reditus ſpectes, poſſideant *d.l.forma.4.§.1.ff.de cenſib.* ibi: *ſi vites mortuæ ſint, vel arbores aruerint, iniquum, eum numerum inſeri, cenſui.* neque bonorum appellationem mereantur, quæ parum

beant, quin imò non rarò plus incommodi, quàm emolumenti afferant *l. propriè. 83. ff. de V. S.* Unde dicendum arbitramur, eſſe quoque bona, ſi quæ poſſidentur, in cephaletione attendenda, ſi verò nulla adſint, rationem acquæſtus habendam & attendendam eſſe. Nec obſtat, quod olim illi quoque hoc onus cephaletionis ſubierint, qui nulla habuerunt bona, nam eo in caſu nihilominus acquæſtus ſive artificium, ne inæqualitas alioquin exſurgeret, æſtimatum fuit Perez. *c. l. n. 1.* Modum juxta quem hodie noviter ordinari poſſit Cephaletio, oſtendit Autor *Memorab. de Ærario pag. 20.* ubi ita eleganter ait: *Deſcribenda ſunt primùm per cujusvis loci Magiſtratum urbanum ac paganum ſingula in quovis loco capita capitationi obnoxia; & cuique capiti ſua imponenda ſumma, locupletiſſimis crucigeri ſexaginta, locupletibus triginta, mediocribus quindecim, modicioribus ſeptem, ſervis opificum operariis tres, viduis duo, ſervis aliis & ancillis unus: temporariè & momentaneè commorantibus aut tranſeuntibus pro ſua cujusque conditione exteriori ad prædictum capitandi modum ac menſuram. Unica ad hunc calculum facta Capitatio monſtrabit, quantam faciat ſummam. Hic tributi modus cunctis eſt tolerabilis, locupletiſſimis inſenſilis, nec ipſis oneroſus modicioribus aut pauperioribus: eſt & exactu facilis, impoſitu commodus, relatus quippe ad capita præcipuè, non directè ad prædia ac cæteras cujusvis facultates; quò reſpicit imperii matricula tot inde difficultatibus, expoſtulationibus involuta; his moderationem, illis augmentationem, aliis exemptionem obtendentibus, quibus occupati tricis ſæpè plus inſumunt ſumtuum, nullo plerumque effectu aut fructu, quàm ipſa requirit matricula aut capitatio ſummam. Non opus magno cenſu ad pendendum unum duos tres, ſeptem, quindecim, triginta, aut ſexaginta crucigeros.*

CAPUT QUARTUM,

De

Effectibus.

§. 1.

COnſtitutione cephaletionis pro inſtituti ratione abundè delineata, juſti ordinis ſeries poſtulat, ut ejusdem conſtitutæ effectus nonnihil inveſtigemus. Reſpiciunt verò hi vel indicentes vel ſolventes: Illos, ut cùm jure cephaletionis, tàm in indicendo quàm exigendo, vigore Regalium, itemque aliquando vi præſcriptionis, in caſibus neceſſariis utuntur, pro illo jure tuendo remedia habeant, tam petitoria, quàm poſſeſſoria: Petitoria, veluti actionem confeſſoriam, non quidem directam, ad ſola quippe ſervitutum, tum perſonalium, tum realium jura pertinentem, ſed utilem, quæ propter alia iisdem finitima & æqualia jura comparata *arg. l. 8. §. 4. ſi ſerv. vind.* Oldendorp. *Claſſ. 3. Act. 4. pag. m. 184.* Suendendörffer. *de Action. cap. 2. membr. 10. §. 3. & 4.* Struv. *Exerc. 13. th. 53.* Poſſeſſoria, veluti interdictum utile uti poſſidetis, unde vi, & remedia canonica ex *can. redintegranda 3. quæſt. 1.* itemque poſſeſſorium ſummariiſſimum, quod & extraordinarium ſalutatur, juxta *Ordin. Cam. part. 2. tit. 21. §.* Ob auch in obberührten Fall. ceu de hoc nominatim præjudicia practica retulit Klock. *c. tr. c. 10. n. 82.* Et ſi ſententia in Camera pronunciata, eique non paritum, decerni ſolet mandatum ſine clauſula per *Rec. Imp. de anno 1576. §.* Darwider auch. Colleg. Argent. *tit. de Interd. th. 27. n. 19.*

§. 2.

446.

§. 2.

HOs ſeu ſolventes, ut ſi moroſi vel refractarii exiſtant, & onus impoſitum juxta indictionis tenorem in albo affixum, ſive in eccleſiis è ſuggeſtu aut per campanam & præconem civitatis, alibi è publico ipſis notificatum, juſto tempore non præſtent, contra eos procedi poſſit viâ executivâ, ſicut in debitis planè confeſſionatis, quæque paratam excutionem in dorſo, ut dicitur, habent, ita ut non opus ſit ſolennitatibus judiciariis, in ordinariis alioquin proceſsibus uſitatis & deſcriptis in *anth. offeratur. C. de L. C.* ſed de plano & levato, ut ferunt, velo, ſecundum modum præſcriptum in textu famoſo *l. à Divo. 15. ff. de re judic.* pignora, etiam manu militari, in cauſis quippe publicis ordinariè permiſſa *l. 1. C. de offic. Præfect. Aug.* capi, ob contumaciam non luentium diſtrahi, vel ſi emptor non reperiatur, curiæ aſsignari poſsint *tot. tit. C. de Capiend. & diſtrah. pignor. tribut. cauſ. lib. 10.* Arreſto quoque ſive cuſtodia honeſtâ & militari, non tamen carcere noxiorum hominum *l. nemo carcerem. 2. C. de Exactor. tribut. lib. 10.* mulcta item pecuniariâ Gail. 1. *Obſ. 52. num. 10.* aliisque remediis extraordinariis, uti licet *l. miſſi opinatores. 7. C. de Exactor. trib.* Eaque omnia ampliant Dd. communiter, ut ne citationem quidem amplius requiri putent, cum cauſæ utilitatis & neceſsitatis publicæ longam non ferant moram *l. 1. ff. de feriis.* Unde etiam eſt, quod nec dilationem *l. non utique. 2. §. frumentaria. 3. ff. de adminiſtr. rer. ad civ. pertin.* nec compenſationem *l. aufertur. 46. §. ut debitoribus. 5. de jur. Fiſc.* Zanger. *tract. de Except. part. 3. c. 8. num. 14.* Carpzov. 1. *c. 8. def. 9. num. 5.* Struv. *Ex. 21. th. 23.* neque appellationem admittant *l. ult. de appell. recip. l. 2. ff. de re jud.* Klock. *d. tr. c. 18. num. 5.* Struv. *Exc. 50. th. 4. num. 2.* adeò, ut ſi de facto interpoſita fuerit, eâ

pendente debitor ad ſolutionem adigi poſſit. Illud ſubjiciendum, quod contra collectas imperii non ſolventes, pœnâ banni procedatur *R. I. de ann.* 1544. §. Wir haben uns. 1566. §. weiter nachdem. *& de anno* 1582. §. weiters nachdem. quanquam in pœnam pecuniariam eam mutari poſſe liqueat ex *Rec. Imp. de ann.* 1576. §. Dabeneben ſollen auch. & 1549. §. Darneben ſollen auch. Blum. *Proceſs. Camer. tit. 30. num. 12.*

CAPUT QUINTUM,

De

Diſſentaneis,

§. I.

SUpereſt, ut in calce diſſentaneorum doctrinam, quæ contrariis & affinibus abſolvitur, ſubjiciamus. Contrariatur autem themati noſtro (1) ceſſatio cauſæ, ob quam indicta, puta utilitas & neceſsitas publica *l. 1. C. caduc. tollend.* ubi Imp. Juſtinianus: *ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret.* Quæ enim propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent trahi ad conſequentias *l. 162. de R. I.* Unde Ludov. Molina. *de I. & I. tom 3. p. 1. de tribut. diſp. 667. num.* 1. *rectiſſime*, inquit, *ceſſante publicâ neceſſitate, Princeps in ſuam privatam utilitatem non poteſt tributa imponere, neque enim populus factus eſt propter Principem, ſed Princeps propter populum, & in bonum & utilitatem ejus, eâque de cauſa, tributa non ad voluntatem vel utilitatem* Princi*pis ſunt admetienda, ſed ad utilitatem & neceſſitatem publicam ejus communitatis, cui tanquam defenſor cuſtos & Rector conſtitutus eſt.* Sic Reges Galliæ, conceſsis à populo tributis,

ſolenni

477.

ſolenni juramento cavere dicuntur, ſe remiſſuros neceſſitate quamprimum ſublatâ. Bodin. *lib. 6. de republ. c. 2.* Et inter arcana veterum Tyrannorum nimis contributum eſſe, dicit Beſold de Ærario. *c. 4. ſect.* 1. *num. 2.* dum ait: *Belli conquirere occaſiones, ut ſubditos etiam bello confecto urgeant ſemper.*

§. 2.

II. PRæſcriptio, non longi vel longiſsimi, ſed tanti temporis, cujus non extat memoria; Hâc enim omnia, quæ ſpeciali privilegio Imperiali aut Papali obtineri poſſunt, admittuntur *c. duo ſimul. X. de offic jud. ordin.* vim namque privilegii ab ipſo Principe conceſsi habet *l. 3. §. 4. ff. de aqua cotid.* imò æquiparatur privilegio à Principe ex certa ſcientia dato & conceſſo Bald. *in c* 1. *coll. 2. quæ ſunt Regalia.* Frantzk. *var. lib. 3. reſ.* 1. *num. 262.* cujus vi quis à tali præſtatione liberatur *l. locatio. 9. §. earum. 6. ff. de public. & vectig. l. comperit. 6.* C. *de præſcr. 30. l. 40. ann.* Gebhard. *tr. de rer. uſuc. c. 5. n. 8. pag. 507. & n.* 10. *pag. ſeq.* Struv. *Exerc. 50. th. 75. & Ex. 43. th. 24.* Quam in rem apertè quoque facit *Rec. Imp. de anno* 1548. §. und ſoll unſer & §. wann auch ein außgezogener. ibi: daß er je in Menſchen Gedächtnüß. & ejusdem Rec. §. wo aber innerhalb Menſchen gedencken / der außgezogene Stand dem Reich einmal / zwey oder mehr geſteuret hätte / ſo ſoll ſolcher Stand / mittler Zeit rechtlicher Erörterung der Sachen / der Steuer nicht befreyet / ꝛc. Nec huc ſententiæ obeſt *d. l. 6. in fin.* C. *de præſcr. 30. l. 40. ann.* quoniam hujus generis præſcriptio nunquam intelligitur excluſa, etiamſi lex aut ſtatutum generaliter omnem præſcriptionem inhibeat Gebhard. *d. tr. pag.* 503.

§. 3.

III. SPeciale privilegium ſeu exemptio. Cùm enim immunitatis ſimpliciter conceſſæ vis ad cephaletionem ſeſe non extendat, ſpeciali utique conceſſione opus eſt, per *l. ult. §. pen. ff. de muner & hon.* ibi: *ſive autem perſonalium duntaxat, ſive etiam civilium munerum immunitas alicui concedatur: neque ab annona, neque ab angariis, neque à Verhedo, neque ab hoſpite recipiendo, neque à capitatione, exceptis militibus & veteranis, excuſari poſſunt.* Unde & hodie, cum ex graviſsima neceſsitate ut plurimum extraordinem decerni ſolet, idem ſpeciale privilegium ad ejus exemptionem neceſſarium eſſe, neminem inficias ire dubitamus conf. *huj. Diſ. c. 3. §. 4. ibique alleg.* Utut verò ejusmodi privilegium uni vel alteri conceſſum fuerit, non tamen cœteros concives ſeu communitatis membra gravat, quia ſingulis perſonis, & non univerſitati cephaletio imponitur. IV. Denique ſpecialis renunciatio ejus, qui vel ratione ſummæ poteſtatis vel Regalium eam indixit *arg. l. pen. C. de pactis.*

§. 4.

AFfinium cenſu & numero continentur tributa, contributiones, aliave onera!, quæ vigore Regalium, propter res ſive patrimonium ſubditorum indici ſolent, de quibus Klock. *c. tract. de contrib.* & alii videri poſſunt. Nobis interim hæc ipſa propter cognationem attigiſſe ſufficiat.

Soli Deo pro conceſſa gratia ſit

LAUS & GLORIA.

Lemmata

418.

LEmmata quæ quondam libârunt ſecula docta,
Ætas noſtra ſuo linquit inauſa ſtylo.
Eductis tenui filis quandoq; carinâ
Vulgaris ſtipula langvida plauſtra trabit.
SINNEMAN ingenti Juris laudatus ab arte,
Et qui ſudoris digna brabea meret.
Seligit auguſtis ſpecimen ſublime ſtatutis,
Olim quæ Græco lege recepta foro.
Intima decreti pandit penetralia celſi,
Ad cenſum capitis ſchemata culta ferens.
Et cùm non pateant tituli veſtigia vaſti,
Aptè partitum cognita reddit opus.
Multa notaſſe juvat, belli ſimulachra ſequantur,
Fulcrorum nervi culmina ſumma petent.
Mæoniis avidè Virtus conquirit in antris,
Promere quæ juſtâ dexteritate queat.
Interiora latent, faciles præſtare meatus
Pervigil Alcidis gloria ſola poteſt.
Auguror, Athletæ ſpartam Virtutibus æquam
Illicò Theſpiadum conferet alma cohors.

In gratiam Nobiliſſimi & Præcellentis Domini Authoris
boni ominis cauſâ conſignabat
JOHANN DANIEL REYSER, D.

NEgligitur multis pretioſi temporis uſus,
Multis profuſus Sumtus inanis abit.
Tu potius cupiens incedere tramite recto,
Das nobis ſtudii ſigna probata Tui.
Gratulor hinc Tibimet, Patriæ & quoq; grator Amicis
Auſibus hiſce piis det bona fata Deus.

Ita Pereximio atq; Nobiliſſimo Domino RESPONDENTI,
Amico ac Commenſali ſuo honoratiſſimo gratulatur
J. L. CLEMENS. D.

DUlces fert fructus ſpecimen, quod ſiſtis apertè;
Et ſuperat patrii fervida vota ſoli.
Auguror hunc, jam ſerta parat Themis inclyta, junget
Mox te cordatis Patria grata viris.

In honorem
Nobiliſſ. Dom. Autoris, Conterranei ſui, Cognati & Amici ſuaviſſimi, hæc paucula ſcribere voluit
R. S. PELIZÆUS.

SIccine, qui Clario madefactus flumine ſudas
Legifera Themidos pandis anhelus opes?
Pieridum, prægrande decus! Sic jura Colono
Juraq; purpureis ſcribis amice, viris?
Quo ruis? Ah teneros anteis virtutibus annos
Jamq; facis juvenis quod timuére ſenes.!
Jam ſummos apices jam ſumma cacumina tangis
Nec tua quò virtus progrediatur habet.
Qualis Olympiacæ miratus præmia palmæ;
Audiit ut tremulos ære ciere ſonos:
Provolat & volucrem calcaribus aëra pulſat,
Donec is conſtiterit pulvere victor equus:
Non ſecus audaci ſtimulo compulſus honoris
Veridici juris flexile radis iter:
Et nunc finis adeſt, nunc proxima meta laborum
Doctrinam loquitur publica charta tuam.
Te quoque ſi quid habent Veri præſagia vatum
Donabit titulo ſplendidiore Themis.
Hæc tua olivifero præcinget tempora ramo
Sudoris dabit præmia digna tui.
Sunt honor atque labor par nobile & æthere dignum
Queis ſuſtentamur ſunt honor atque labor.
Tunc & Calliope Tunc & Tritonia nobis
Atque Thalia canet gutture dulce melos
Noſtraque, ſi Vatum tibi ſunt modulamina cordi
Prorupet in laudes ebria Muſa Tuas.

Monimentum ſyncerii in D. Diſp. amoris poſitum
à
COMMENSALIBUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.